



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Pauli Laymanni e Societate Iesu Jus Canonicum  
Commentario Perpetuo Explicatum**

Et Uberi Non Minus Ac Varia Qvam Clara Et Solida Doctrina Illustratum

Commentarius In Librum III. Decretalium

**Laymann, Paul**

**Dilingae, 1698**

Capitulum II. Venientis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62482](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62482)

# TITULUS XXXIV.

## DE VOTO, ET VOTI REDEMPTIONE.



Quandoquidem antea de Regularibus, & solenni eorum professionis voto dictum fuit, idem nunc agitur de Voto generatim.

fringit, qui in melius commutat *c. 3. de jurejurando*; sin autem opus melius non sit, in quod commutatio fieri petitur, vel non sit evidenter melius, tunc opus est auctoritate Superioris, uti docet *Sanchez l. 1. moral. c. 4. c. 49. n. 7.*

### CAPITULUM I.

#### De Peregrinationis.

##### PARAPHRASIS.

Quæsitum fuit ex *Alex. III.* num vota peregrinationis, occurrente necessitate, elemosynis redimi, vel in aliud opus bonum commutari possit. Respondetur, id pertinere ad judicium Superioris, sive Prælati, qui considerat personæ voventis qualitate, & causâ commutandi, cognoscat videlicet, num ob infirmitatem, vel copiam divitiarum, aliâve causam melior sit futura, Deoque gratior peregrinatio, an commutatio, & ita commutat aut dispense, vel non dispense.

##### SUMMARIUM.

*Ad Superiores Ecclesiasticos spectat de jure communi, & ordinario, causâ cognitâ in votis dispensare.*

Notandum. Ad Superiorem Ecclesiasticum, videlicet Episcopum, aliûmque prælatum, simili erga suos potestate præditum, pertinere causâ cognitâ dispensare in votis, aut ea commutare. Hanc rem plenè tradidi *l. 4. t. 4. c. 8.* ubi etiam dixi *n. 19.* si opus, in quod commutatio voti faciendâ videtur, evidenter melius, Deoque acceptius sit, etiam proprio voventis arbitrio posse commutari, quia promissum non in-

fringit, qui in melius commutat *c. 3. de jurejurando*; sin autem opus melius non sit, in quod commutatio fieri petitur, vel non sit evidenter melius, tunc opus est auctoritate Superioris, uti docet *Sanchez l. 1. moral. c. 4. c. 49. n. 7.*


Adde, quòd præter Prælatos, seu ordinarios, potestas commutandi in votis competere quoque possit per viam delegationis, seu privilegij, v. g. Religiosis Ordinum, prout dixi *in cit. c. 8. n. 20. & 24.* item quòd in ejusmodi commissione, seu privilegio, quantumvis generaliter dato, non comprehendantur quinque vota, quæ speciali ratione Papæ reservata sunt, dixi *n. 7. §. porro s.*

### CAPITULUM II.

#### Venientis.

##### PARAPHRASIS.

Quidam R. nomine proposuit *Alex. III.* quòd ipse olim in ætate puerili disposuerit, imò (ut ex subsequentiis colligitur) voverit Jerosolymam proficisci, & idem alicui, qui sepulchrum Domini visitare constituerat, fidem dedit, & vicissim ab eo recepit, quòd in via fideles invicem socij, & comites existere vellent. Pontifex considerans, quòd in ætate tenera, facilitate potius, quàm ex discretionis arbitrio promiserit, à voto eum absolvit, injungens, ut votum elemosynis redimat, & juxta consilium Papæ toto vitæ tempore uni pauperum semper, dummodo facultates ejus sufficiant, debeat providere.

  
H h 3

SUM-



*Si puer impubes voveat aliquid, validè  
vovet, modo usum rationis habeat, &  
mortaliter peccare possit.*

**N**Oandum. Votum emissum à puero, seu impubere validum est, & obligationem parit, si rationis usum habeat, ita ut peccatum mortale admittere possit, juxta regulam Glossæ in c. mulier 14. c. 32. q. 2. qui potest se obligare diabolo, potest etiam se obligare Deo, & docui l. 4. t. 4. c. 1. n. 2. in fine. Facile tamen per dispensationem relaxari potest: imò hæc sola causa, quòd ab impubere editum sit votum, sufficiens esse videtur ad dispensationem *argum. hujus cap.* & notavit *Abbas n. 2. Sanchez l. 8. de mat. D. 20. n. 13.* ubi notat, quòd Papa potuisset per dispensationem penitus, & absolute relaxare hoc votum, cum etiam per irritationem, à parente, vel tutore tolli possit, prout docui in cit. t. 4. c. 7. n. 10. tamen commutationem admisit, quia id conforme est Ecclesiæ consuetudini, & consultius voventi, uti colligitur ex verbis: juxta consilium nostrum.

**Q**uærent. Cum puer fidem alteri dederit, ideòque jus illi acquisitum sit, quomodo Papa absolvere potuerit puerum in præjudicium socij. Varia respondet *Innoc. And. & Abbas his* Dico cum *And. n. 4.* non fuisse hoc præjudicium pecuniæ æstimabile, sed cujusdam Societatis commodum, quod per se cessat, sublata obligatione voti; sicuti, si aliquis ex mutua conventionem cum socio votum edat de ingredienda Religione, & postea pœnitens impetret à Pontifice dispensationem à voto, non erit injurius erga socium, cum ipse illum non impediat, quòd minus ingrediatur Religionem, aut peregrinationem instituat, etiam sine socio illo. Deinde in nostro casu non est difficultas, quia, ut ex integra lectione apparet, socius contentus fuit, ut, qui in puerili ætate voverat, absolveretur, cum rem istam Pontificis judicio commiserit, & ideò si quod

CAPITVLVM III.  
Litteratura.

## PARAPHRASIS.

Magister A. cum in periculo esset confitutus, hæc verba protulit: *nondum in rabor*, proponens in animo, quòd Religionem intrare vellet; sed quia postea opere non implevit, conscientia angustipit, & Alex. III. consultit; is respondit, amplius in voto non est procelum, quòd transgressor censi non possit, si non impleat, quòd dixit.

## SUMMARIUM.

*Simplex Propositum an sit votum?*

**N**Oandum. Simplex propositum, quantumvis firmum de bono opere faciendo, in honorem Dei non est votum; nam votum esse definitur, promissio de opere meliore Deo deliberatè facta, uti docui l. 4. t. 4. c. 9. at verò promissio deliberata in hoc distinguitur à simplici voluntatis propositio, quòd illa in se continet voluntatem alteri obligandi, ideòque requirit à alterius acceptationem; at verò simplex propositum continet voluntatem se obligandi, sicuti explicavi l. 3. t. 4. c. 2. & ita docet *S. Thomas 2. 2. q. 28. a. 1.* & bene hic declarat *Abbas n. 2.* & sumitur ex l. 2. ff. de pollicit. Nam autem dubitans, votumne Deo ediderit, an tantum propositum conceperit, pro obligato se habere debeat, docui l. c. t. 4. s. n. 31.

## CAPITVLVM IV.

## Scripturæ.

## PARAPHRASIS.

Quæsitum est ex Alexand. III. utrum illi, qui votum ediderunt, sepulchrum Domini